Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est: Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius notitiam, informatio

Creide, Hartmann
Francofurti ad Moenum, 1682

In festo paschatos

urn:nbn:de:bsz:31-126164

In Festo Paschatos.

Quia enim corpus ejus vere edimus, & fanguinem ejus verè bibimus, ore nostro, hinc fponte fequitur, quod cum co vere uniamur. Et sicuti surculus Insititius, de ftirpe, cui inferitur, fuccum & vigorem attrahit: Sic etiam nos per dignam comestionem corporis & sanguinis Christi, ei tanquam arbori vitæ quali implantamur, & utiple vivit, & nos vivemus. Joh. 14. v. 19.

Deingen

domining, h

mi, led peder

m, Pilm m.

excercit, hou

d infrared

s, & collection

puns entire

n cops Cri

de, fremo

i taliki propi

cho, front

william.

entipoet Co

MA COLOUR

MATCHA DICTA

dem: Iso

n protest ps m, & deen &

u smora ker celefts Dass natur, A fest ser Quicks aut film ha

Im 1454

ana invito

3. Tanquam memoriale nostra obligationis. Cum Christus quinq; panibus & duobus piscibus, quinq; millia virorum cibasfet, rapere eum, & facere Regem volebant. Joh. 6. v. 15. Multò magnificentius nos Christus cibat in sacra cœna, non panibus hordeaceis & piscibus: sed proprio suo

corpore & fanguine; nos quoque ipfum prehendentes, tanquam Regem cœli & terræ, ut fidos subditos decet, laude & gloria mactemus, atque adoremus. Cum Israëlitæ Manna despicerent, Deus adjustamiram abipsis provocabatur: Quantò magis ira Dei exardescet, si nos, utingrati, in peccatis perseveraverimus, & gratiarum actionem omiserimus? Ergò sacrifica Deo laudem, & redde Altissimo vota tua, sacrisicans n.laudem, honorabit me.Pf.50.v. 14.&c 23. Largiatur nobis Deus omnibus gratiam fuam, ut in viis ejus ambulemus in vera caritate & pietare, ne cibi hujus nos aliquan-

261

do pœnitoat. Kyrie eleilon, Amen!

In Festo Paschatos.

Evangelium, Marc. 15, V.1 --- 8.

EXORDIUM.

Andavit olim Deus Ifraëlitis, ut, fi terram ingressi fuerint, quam Deus iplis dederat, & messuri essent segetem, fasciculos spicarum, primitias messis suz adSacerdotem perferrent, festo Paschatos, sive altero die Sabbathi, ut Sacerdos moveret fasciculum coram Domino, & sic acceptabile effet, priusquam hoc heret, panem & polentam, & spicas comedere non poterant Levit, 23. v. 11.

Hocegregius Typus Christifuit, utipse Apostolus eò collineare videtur, cum Chri-Itum vocat, primitias dormientium, 1. Cor. 15. v. 25. Sicuti enim Judzi primitias messis fuz ad Sacerdotem perferre tenebantur, altero die Paschatos: Sic Christus die Pa-

rasceves mortuus est, per Sabbathum in sepulchro quievit, sed postero die à mortuis refurrexit, primitiæ factus dormientium, ut Apostolus loquitur. Hoc ipso nobis acquisivit, messem beatissimam, quæ die novissimo fiet, ubi omnes, qui jam Chriito per veram fidem adhærescimus, ad vitam æternam refurrecturi & prodituri fumus. Joh 11. v. 25. 26. Intereà

Sic velcimur, & plaudimus, Delicate vivimus in azymis statutis In azymo paichali: Fermentum avitum explodimus Termenta abjice, A voce gratiali. Vult Christus esse edulium, Cito Chei No fruimur Cibare nobis corculum, Cibo mentil utimus Hunc respicit fides bonum. in mullo aliovida

In Festo Paschatos.

162

So effen wir und leben wol In rechten Ofter. Fladen/ Der alte Sauert ig nicht fot

Seyn ben dem Wort der Gnaden. Christus wil selbst die Speise seyn/ Und speisen unfre Seel' allein/

Der Glaub mil feins andern leben.
In Vet. Test. Judzos agno Paschali irrationali contentos esse oportuit, habebant enim tantum umbram futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, Hebr. e.10.v.1. Sed nunc Dominus novum creavit super terram, Jer. 31.v. 22. Vetera transferunt, tempus correctionis advenit, Hebr. e.9.v.10. Habemus jam aliud pascha, quod est Christus, pro nobis immolatus, itaque festa celebremus, non in fermento veteri, neque in fermento malitiz & nequitiz, sed in azymis sinceritatis & veritatis. 1. Cor. 5, v.7.8.

Pluribus nos instruct præsens Evangelium, ubiaudiemus, quomodo Angeli resurrectionem Christi mulierculis annunciant, quæ venerant corpus Christi uncturæ. Surrexitajunt, uon est hôc. Hæcbona
illanova sunt, quæ adhuchodie animos nostros gaudio perfundunt. Quæcunque
enim scripta sunt, ad nostram doctrinam
scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.
Rom. 15. v. 4.

Nune ad ipfam Evangelii tractationem

nos conferemus, meditaturi:

P. Ar Σομπολογίαν sive notitiam nostri.

W. Χοις ογνωσίαν sive notitiam Christi.

J. J.

Exegesis.

Um David adhuc adolescens, immanem Philistaum Goliathum percussis-

set, egresse sunt mulieres, de universis urbibus Israel, in occursum ejus, cantantes, chorosque ducentes, & dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. 1. Sam. 18.

Nos sufficientiorem causam habemus, ut Christo obviam procedamus hodie, postquam infernalem Goliathum superavit, & omnes hostes nostros profligavit, latissimum illud Antinor cum jubilo personantes: Ubi est mors stimulus tuus ? ubi tua, inferne, victoria? 1. Cor. 15. v. 55.

Devotæ mulieres præclarum nobis reliquerunt exemplum, dum valde mane peregrinationem ad fepulchrum fuseperrunt, sed Christum non invenerunt, quia jam resurrexerat, ut Evangelium testatur.

Intereà nos notitiam nostri discere posfumus, si excusserimus,

I. Devotionis exemplum. Valde enim mane ante exortum Solem furgunt, & iter ad sepulchrum faciunt.

Apoltoli Christum in horto Oliveti turpiter reliquerant, nee metu Judzorum prodire audebant, ut, an Christus exmortuis resurrexerit, explorassent, sicutipsis prædixerat.

Sed mulierculæ hæ animoprorsus virili, primo diluculo exeunt, cum devotione pià: quamvis in hoc infirmiores sint, quod corpus Christi, in sepulchro se inventuras, idemque more Judæis ustato ungendum, opinentur, sum tamen jamdum surrexerat, juxta promissionem sum.

Hic scisciture te, mi Christiane, utrum & ipse in honorem triumphantis nostri Victoris, ad exemplum harum mulier cularum, ossi-cium tuum paschale sedulo observaveris?

Mit-

Mulieresha de votionem suam indicant.

1. Mane surgendo. Sic etiam nostrum erit, Dominum mane quærere, & pia mentis devotione revolvere, quid nobis resurrectione sua acquisiverit. Scimus enim, quod nostri causa semel mortuus est, quod autem vivit, vivit Deo. Rom. 6.v. 10. & habet claves mortis & inferni, Apoc. c. 1 v. 18. Ideoque canere possumus cum Ecclesia:

in 1 Smil

None of

short ph

a foponical igna, loss no portuza

military.

water.

地區

on Hop

ENCION

William !

Vale or

leges, bi

tota Oir

ar, brie

erotori int, m

mixen p

20101

I Milesonia

BLB

3/5

Membrum in Tuo sum corpore,
Sustenter hoc honore:
Nos non valet sejungere,
Horrenda mors dolore:
Si mors rapit, rapit tibi,
Est vita parta nam mihi,
Perpes tuo cruore.

Ich bin ein Glied an deinem Leib/ Des troff ich mich von Herken/ Von dir ich ungescheiden bleib/

In Todesnoth und Schmergen. Wann ich gleich fterb / fo fterb ich dir / Ein ewigs Leben haft du mir /

Mit Deinem Cod erworben.

2. Ad sepulchrum proficiscendo. Idem & nos faciamus, non more Papistico, sed vere Christiano, convenientes in domo Domini, & beneficia Christi, per resurrectionem nobis parta, perpendentes. Omnia enim in commodum nostrum facta sunt, ego vivo, & vos vivetis. Joh. c. 14. v. 20.

3. Corpus Dominicum ungendo, sic confuetudinis erat apud Judæos, ut videmus Gen. 50. v. 1. Nos quoque nostros honeste sepesiamus, juxta admonitionem Siracidis, cap 38. v. 16. Imprimis verò Christum in membris suis ungere debemus, quod siet, si de opibus nostris ad conservtionem Ecclesia, Scholarum, & pauperum fustentationem, liberaliter erogaveriraus, hoc enim Christus sibifactum agnoscet, & largiter compensabit. Matth. 10. v. ults

II. Incidens obstaculum. Dum enim in vià sunt, & ad sepulchrum pergunt, Josephum ab Arimathia, lapidem ad ostium monumenti advolvisse, recordantur, cui revolvendo impares se agnoscebant, erat enim magnus valdè. Imò licet id moliri voluissent, non tamen ipsis licuisset, ob sigillum cum consensu Pilati impressum.

Hic disquire, mi Christiane! annon & tibi interdum lapis aliquis obstaculo sit, què in devotione tua impediaris?

Hoc non uno modo accidit.

Peccatum enim in mundum nobiscum afferimus, in quo concipimur & nascimur, Psalm. 51.v.7. hoc grande saxum est quod semper ad terram deprimit nos, ut corda nostra minus ad Deum elevare queamus. Grave est saxum, & onerosa arena, Prov. c.27.v 3. sed peccatum gravius adhuc est, superat enimarenam maris. Orat. Manass. v.9.

Sicuti igitur avicula, cujus pedi lapis alligatus est, minus in altum seattollere valet: Sic peccatum nobis obstat, ut debitam Deo devotionem præstare non valeamus, proptere à admonet nos: Esa i.v.15.

Accedunt multa scandala, qua in mundo occurrunt, quibus multi pii Christiani seducuntur, ut & ipsi concurrant in candem luxuriz dissolutionem, 1. Petr. 4.v. 4. de quê alias nihil scivissent. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, Sap. cap. 4. vers. 12. ideò in Scriptura prava exempla vocantur lapis ossensionis & petra scandali, 1. Petr. 2. v.8.

Terrie quoq; à devotione abstrahuntur per

cacam rationem, qua divinismysteriis sese attemperare nesett, semper vacillans, nec sapiens ea, qua Dei sunt, sed ea, qua hominum. Matth. 18.v. 13.

Quodsi peccatorum moles te premit, & amimum angit, quæ Cainum ad desperationem. Gen. 4. v. 13. Saulem ad internecionem, 1. Sam. 31. v. 5. Judam ad suspendium adegit, Matth. 27. v. 5. Ut dicere possis: Quis revolvet nobis lapidem? Christum accede, qui donavit nobis omnia delicta, & delevit chirographum. Col. 2. v. 14.

Quodsilex maledictione suaterret, Deut. C. 27. v. ult. Utpræ sollicitudine queraris: Quis revoivet nobis lapidem? Christus iterum juvare potest, qui redemit nosà maledictione legis, factus pro nobis maledi-

ctum, Gal-3.v.13.

Quodsi mors arcumtendit, è regione viventium nos ablatura, ut ad pacemamaritudo amara, sicut Hiskix, Esa. 38.v.17. iterumque cogitemus: Quis revolvet nobis lapidem? Ecce! Christum, primitix factum dormientium, ut in coomnes vivisicemus.

1. Cor. 15. v. 22. Die novissimo aperiet tumulos nostros, & educet nos populum suum, de sepulchris nostris. Ezech. 37.v.12.

Quodfi hæ & fimiles cogitationes devocionem nostram impedire volunt, pias hasce mulierculas in memoriam nobis revocemus, quas Deus in maximâ sollicitudine
suâ exhilaravit: respicientes enim, viderant revolutum lapidem. Sic Deus sideles suos non patietur tentari supra id,
quod possunt, 1. Cor. 10. v. 11. sed moleflum illum lapidem, qui animum excrusiat, revolvet, ut respirare & requiem amimarum invenire possint, Matth. 11. v. 29.
quoniam ira momentum in indignatione
ejus, Psalm. 30. v. 6. at non desecerunt

miserationes cjus, Thren. 3. v. 22. sed misericordia ejus super omnem carnem. Sir. c 18. v. 12. & usque in æternum, super timentes eum. Psalm. 103. v. 17. Quare devolve super Dominum, viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Psalm. 37. v. 5.

III. Angelicum nuncium. Quia enim perterritas ipfas videbat Angelus, blandè ipfas compellat, & concionem fuam pafehalem hisce orditur verbis: Nolite timere. q. d. forsan persuadetis vobis, quod vos horto expulsurus sim, sicut Cherubin Adamum & Evam è Paradiso: sed estote bono animo, bonus enim vobis adsum nuncius, & astero bona nova, quod Christus è sepulchro resurrexerit.

Hic examines velim te, utrum & iple solatium hoc paschale cum gaudio, ut decet, exceperis?

Hoc ita fieri, rectum est. Nisi enim Christus resurrexisset, adhue essemus in peccatis nostris, inanis esset sides nostra, & qui in Christo dormicrunt, perissent. I. Cor, 15. v. 17. 18. At Christus resurrexit, ideoque & nos resurgere, convenit. Sicut Adam typus erat morientium: sic Christus typus est resurgentium. Per Adamum mors intravit, Christus vitam reparavit. Resurrestio ejus est spei nostra fundamentum, tumulorum nostrorum clavis, hareditatus nostra pignus. Scimus enim, quod qui suscitavit sesum, enos per Jesum suscitaturus sit. 2. Cor. 4. v. 14.

Quis igitur animum præ lætitia non efferre, & cum Ecclesiâ dicere vellet?

Hoc fulcior folamine, Hoc me fola tathon Molesta in agritudine, in alibert apple Certus, die quod ultimo, 2000 die mont Cum gaudio,

Re- hu

Nehbrun

HER MA

Sugzisse

hideod

le enific

Un

res

ter

Y

m

me

fint,

We horum Servabit offa corporis, NEC Her major Videbo nullus ambigo,

in nan, i

: Noirs

1005,00 ut Cheraki

1005 2007

quod Chr.

からな)

LE REEL

R Min

oc efferen ides whi

perion.

ene Sirl

: EOH

Per Ales

1070

a fenino

DU, BETTE

E 60 1

地岸

to the same of the

0.黄埔

Sit Laus ei per secula. Das ift mein Eroft zu aller Beit! " Barin. Pfal. 118.v. 15. Rom. 8.v. 32. In allem Creuk und Traurigfeit. 3ch weiß/daßich am Jungften Eag/ Ohn alle Klag

Werd aufferstehn auf meinem Grab. Mein lieber frommer getreuer Gott 2111 mein Gebein bewahren thut/ Da wird nicht eine vom leibe mein/ Gen groß oder flein

Umbkommen noch verlohren fenn-Mein lieben Gott von Angesicht ! 2Berd ich anschaun dran zweifflich nicht!

In ewger Freud und Geligkein Die mir bereit/ 3hm fen Lob Preif in Ewigfeit.

Quando itaque hodie Deus, missis Angelis fuis,utecclefiæ ministri vocantur,hoc folatium nobis prædicare finit, cor nostru gaudio exultare debet, non modò memores, Dominum Jesum Christum resurrexisse à mortuis, 2. Tim.2.v. 8. sed & firmiter credentes, nos quoq; fuo tempore pervirtutem ejus refurrecturos effe, juxtapromissionem: Ego vivo, & vos vivetis, Joh. 14.V.19.

Homines mundani ketentur, quod frumentum & multum eorum multiplicata fint, ut homoille dives, Luc. 12. v. 17. five, quod in fummo honore versentur, ut Haman, Efth. f.v.11. five, quotidie fplendide

His Sig ne Rerum parentis dextera, optimus epulentur, ut dives epulo, Luc. 16. v. 25. Tu Est culle Retundet mortis spicula, men o glingande, quod Redemtor tuus vivit, qui te aquite injuguando de terra suscitabit, Job.19. 1,25. Ut singulis
Convestiar membranulis.
Bonum Deum cum jubilo, End a fa. 9 v.24. Gande, quod mortem absorpseratin Videbo nullus ambigo, In sempiterna gloria, San Celi portam recluserit, notamá; tibi securit viam vitæ, Pfal. 16. v. ult. Jam sonat vox exultationis & salutis in tabernaculis justo-

Altera Pars.

Ransibimus nunc ad alteram partem, xersorwola, live notitiam Christicontemplaturi. Is nobis proponitur in Eyangelio hoc:

I. Tanquam sexus fæminei commendator. Quænam peregrinantes hæ fuerunt, quæ Christum testo Paschatos in sepulchro quæliverunt? Fuerunt piæ matronæ & mulieres, nimirum, Maria Magdalena, Maria Jacobi, & Salome. Lucas mentionem quoque facit Johanna, uxoris Chufa, procuratoris Herodis, Luc. 8. v. z. dicitá; quod aliæ cum eistuerint, Luc. 24, v.10.

De his prædicatur in hodiernum usque diem in toto orbe Christiano, in omnium piarum matronarum honorem, ut solatium inde habeant, & certi esse possint, si Deum timent, & Christum quærunt, non quidem in sepulchro, sed ad dextram Dei Patris, fideli & fubmilsa precatione, non fibidamno fore, quod infirmius vafculum fint, 1. Petr.3. v.7. Dei enim virtus in infirmitate perficietur, 2 Cor.12.v.9. & lapè plus per eas efficiet, quam per viros, quiin arte, robore & sapientia sua contidunt, Pl. 147. V.10. II.

Luthe-

nagogis plus Deo pro tribus gratias egerint. Primò quòd rationales, no bruta illos creaverit. Deinde quod semen Abraha, non ethnici nati essent, & tertiò, quod viri . Ecclesia sux ablegat, ut Noliterimere illud non mulieres existerent.

Sed Spiritus fanctus , non veretur pias nostris excutiant, Ef 40,1.2. hasce mulierculas nominetenus exprimere, quando historiam refurrectionis Christi describit. Licet enim à muliere initium fa- mere, Christus nobis pace impetravit, Rom, Ctumelt peccati , Sir.25.v.32. Attamen Deus filium fuum milit, factum ex muliere, Gal.4, 4. Qui pro sexu quoque fæmineo fanguinem fuum profudit, & propitiatio factus est, pro totius mundi peccatie, I. Joh. 2. v.2. Ut nullum discrimen sit, inter masculum & fæminam, Gal.3.v.28.

Sicut igitur aliàs Deus suorum nomen novit, 2.Tim.2.v.19. fic etiam peculiarem Catalogum habet sanctarum Matronarum, in quo omnes illæ nominetenus scriptæ funt, quæ eum verå fide fibi applicarunt. Sara propter obedientiam, 1.Pet.3.v.6. Rebecca ob verecundiam, Gen, 24,65. Ruth ob frugalitatem, Ruth.1,25. Esther ob humilitatem, Efth. 4,16. Elifabetha ob vitam inculpabilem, Luc. 1,6, Mulier Cananæa, ob præclaram fidem, Matth. 15,28. Tabea ob Eleemofynas, Act. 9,36. aliæ alia laude celebres funt, ob qua Deus eas cognoscit, & in libro monumenti confignavit, Mal.3,16.

Operam igitur dare debent omnes Matronæ, mulieres & virgines, utin hunc Catalogum & ipfa referantur, quod fiet, fi in Christum credent, & vita puritati studebunt, nec malum faltem, fed & speciem mali declinabunt, 1. Thefl. 5,22. & non externum duntaxat, sed internum ornatum gerent, s. Petr. 3.v. 3. legq.

II. Tanquammetus propulfator, Ideoq;

Lutherus scribit de Judæis, quod in Sy- - hic angelum suum ablegat, ut mulierculis perterritis animum addat, & dicat: Nolite timere.

Adhuc hodie Salvator noster Angeles ingeminent, & omnem mærorem animis

Siigitur vos terret ira Dei, quz ignis confumenselt, Deut. 4,24. Job. 9,13. Noliteti-5.1. Deus non amplius vult irafci, Efa. 54,9. fed fecundum altitudinem cœli à terra, prevalebit misericordia ejus, super timentes se, Pf.103,11. 1. Theff.5, 9.

Terret vos maledictio legis? Deut. 27, ult. Nolite timere, Christus maledictionem subiit,& nobis victoriam impetravit, Gal.3,13. Sumus benedicti à Domino, qui fecit cœlu &terram, Pf.115,15.Eph.1,3. Die novissimo audiemus vocem Christi amabilem: Venite benedicti, Matth. 25.35.

Terret vos peccatum, quod nos & Deum nostrum dividit, Ef. 59, 2. Of.13.v.o. Nolite timere: Christus traditus est propter peccata nostra, &resurrexit propter justitiam noitram, Rom.4.v.ult.

Si quis vadimonium pro altero obit, vinculis non citius expeditur, nifi omnia exsolverit. Sic Christus vadem pro nobis se exhibuerat, promiseratq; exfolvere, quod non rapuerat, Pf. 69, 9. propterea in custodiâtenebatur, ufq; ad diem tertium, Sed tertio die fortiter erupit, & à mortuis resurrexit.Indecolligimus,quod debitumnoftrum dissolverit, secus enim è vinculis dimissus no fuisset. Verèvorsuram fecit, & chirographum delevit. Col. 2,14. 1. Joh. 2,1,2.

Terret vos mors, qui ultimus est inimicus?1. Cor.15,26. & nulli parcit, 2. Sam.14. V.14. Nolite timere, Christus absorpsit morte invit

brif

ficul

mas

Aps

Nat

Dei

12.7

emen

food

Carl

eft,

4.23

prac

607P

verl

ENG!

11

in victoriam, 1. Cor. 15,55. Scimus quod tráslati fimus, de morte ad vitam, 1. Joh. 3,14. Et ficut redemtor noster vivit, nos quoq; vívemus, Joh. 14,19. 2. Cor. 5,1. Joh. 14,2.

Your W

mother Ann

and the same

Apriguos Aprilios Apr

pojnosti

Dennyi differenti mari, Galya aguiferan Dicoordo

ables's

adaas bila Maxa Air

mingran Solicies

dendis mans

n pro milit

totalan number

Name of the last

A day

BLB

Terret vos Satanas? Nolite timere, Chriftus hunc quoq; hostem superavit, & traduxit illútriumphans, Col. 2, 15. Os. 13, 14.

Sic vicit Leo de Tribu Juda, Apoc. 5,5. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, Apoc. 12.v. 10. & seqq.

III. Tanquam vita reparator. Sicut enim emnes in Adam moriuntur, ita & in Christo omnes vivisicabuntur, 1. Cor. 15. v. 22. Causa est, quia Christus caput nostrum est, & nos ejus membra sumus, Eph. 5. v. 23. Ideò verum est, quod Leo ait: Quo pracessit gloria capitis, eo sequetur etiam spes sorporis.

Hocnonimpossibile est, utfilii hujus seculi arbitrantur. Spectate Solem, în ecelo, qui alio loco occidit, alio oritur, ita facit, verba sunt Tertulliani, ut dies moriatur in notte, crenebris sepeliatur, cramenrursus cum suo cultu, cr dotereviviscat. Hac imago resurrectionis nostraest. Quando enim-morimur, occidimus, & terra gremio insinuamur, qua noxest, sed die novissimo resurgemus, & fulgebimus sicut Solin regno Patris, Matth. 13. v. 43.

Simile quid anni rempora nobis adumbrant. Si folin fautumo à nobis fecedit, omnia quasi intereunt: Sed cum vere remeans, & radiis suis orbem collustrans, vitam quasi reducit, quando faciem terræ renovat, Psal. 104. v.29.

Quodii Solvirtute sua hoc efficere valet: quidni magis Christus, qui Sol justitia est, corpora nostra putrefacta tempore Veris dieinovissimi producero, & ad vitamæternam refuscitare possit? Est siquidem magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu, Jer. 32, 19. Quin & præclara admodum specimina ejus edidit. Resuscitavitenim Lazarum è sepulehro, Joh. 11, 14. Adolescente Nainiticum è sarculo, Luc. 7, 15. siliam Jairi è lectulo, Matth. 9, 25. Sic, ut perruptor iter pandit, ut & nos perrumpere possimus, Mich. 2, v. ult.

Agricola, semen suum Interram projiciens, quasi tumulo illud condit, quod tamen suo tempore enascitur & virescit: Eodem modo nobiscum se res habet, post mortemenim in comiterium deportamur, ibidemá; quasi in terram seminamur, die vextremo, ossa nostra quasi herba germinabunt, Es. 66, 15. 1. Cor. 15, 42, seqq.

Circa hoc vernum tempus solemus vicissimin hortos exspatiari, sed paucissimi rectie expendunt miracula, quæ Deus quotannis in arboribus & plantis perpetrat. Hine Lutherus super Genesm: Ex ligno durissimo enascitur stosculus, enascitur folia, proveniut frustus. O miraculosares, sed quia usitata est, vilescit. Iterum hinc imaginem resurrestionis nostræ capiamus. Quod n. Hiob c.14,7.12. dicit, id de hâc temporali vita intelligendu venit. Nemo n. ante diem novissimu resurget. Intereatamé certi sumus, quod è morte prodituri simus, ad modum arborum gemmas ex se producentium, ut Christus ipse samile hoc nobis proponit, Luc. 21, 29.

Inprimisverò fidem nostrafundamus in resurrectione Christi, qui ipse resurrectio respectu nostram quoq; est, Joh, 11, 25. Luc. 21,33. Ideoq; dicere cum Paulo confidenter possumus: Mihi vivere Christus est, & mori lucrum, Phil. 1. v. 21. Rom. 14, 8.

Sic in omnibus quoq; calamitatibus animoli esse, & cum Andrea dicere possumus:

Inve-

Invenimus Messiam, Joh. I.v. 45. Necminus: Invenimus perruptorem, Mich. 2.v. ult. & æternam redemtionem, Heb. 9.v. 12. I. Petr. I.v. 3.5.

Quodsi verò solatio hoc frui velimus, resurgendum est nobis ab operibus mortuis per veram es seriam pænitentiam. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, Apoc. 20. v. 6. Impii enim etiam quidem resurgent, at in æternum opprobrium, Dan. 12. v. 2.

Quodsi verò nos per pœnitentiam refurrexerimus, & ut filios Dei decet, ambulaverimus, tum caro nostra, quæ jam ob
peccata est socia crucis, aliquando etiam erit socialucis. Oculi, quos jam elevamus in
montes, unde venit nobis auxilium, Ps. 121.
v. 1. tum videbunt Deum à facie ad faciem,
1. Cor. 13. v. 12. Aures, quæ jam libenter verbum Dei audiunt, ibi in æternum 79102/101
Angelorum audient, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercitus, plena est o-

mnisterra glorizejo, El, 6,3.0s, quod Deŭ hic laudat & celebrat, ibi eum celebrabit in æternum, & canet cum turbis multis in cœlo: Salus & laus, & gloria, & virtus Domino Deo nostro, Apoc. 19.v.I. Manus, quæ hîc pauperibus liberaliter eleemofynas erogaverunt, plaudent ibi in feculum, superomnia bona, quæ Deus præparavit diligentibus. 1. Cor. 2. v.9. Pedes, qui hic lætantur stare in portis Jerusalem, Ps. 122. v.2. ibi stabunt ante thronum Dei, & fervient ei die ac nocte in templo ejus, Apoc. 7.v.15. Imò tantum ibi gaudium erit, ut omnium miseriarum hujus mundi facile oblituri simus. Et quomodo ego illud enarrare valeam, cum oculus non viderit, auris non audiverit, nec in cor hominis adscenderit ? 1. Cor.z.v.9. Interea suspiramus cum spiritualisponsà: Amen: Veni

Domine Jesu! Gratia Domini nostri Jesu Christicum omnibus vobis, Amen.

Dominica Quasimodogeniti.

Evangelium, Iohan. 20. V. 19. --- 31.
EXORDIUM.

Ostquam Propheta Jonas à balæna deglutitus, tres dies & tres noctes in ejusdem ventre fuerat, evomuit eum rursus in aridam. Et surrexit Jonas, & abiitin Niniven, prædicans ibidem pænitentiam & remissionem peccatorum, it Deus ipsi mandaverat, Jon. 3. v. 3.

Jonas typus Christifuit, sicut ipse sibiapplicat, cum Scribæ & Pharisæi signum postularent, inquiens: Generatio mala & adultera fignum quærit, & fignum non dabitur ei, nisi fignum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ceti ventre tribus diebus & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus, Matth. 12. v. 39. 40.

Jonas erat Propheta Domini: Sic Christus Propheta ille, qui in mundum venturusest, de quo Moses prædixit. Joh. 6.v.14. Deut. 18.v. 18.

fonds

YUS D

TITUE :

tum c

dereli

Matt

mari

Chri

catis,

] [

HTM

一